

**Programma In obitum Petri Deichmanni Filioli, Viri clarissimi & consultissimi, Dn.  
Eberhardi Deichmanni I.U.D. ac Dicasterii Megapolensis Advocati solertissimi :  
[P.P. Rostochi[i] ad diem 27. Octobris Anno 1626.]**

Rostochi[i]: Pedanus, 1626

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn747408645>

Druck Freier  Zugang






Assverus, J.,  
in  
*Peter* **E. Deichman.**


Rost. 1626.

31.
















PROGRAMMA  
In obitum  
PETRI DEICH-  
MANNI Filioli,

*Viri clarissimi & consultissimi,*

Dn. EBERHARDI  
DEICHMANNI J. U. D.

ac Dicafterij Megapolensis Advocati  
solertissimi.



RostochI

Literis Joachimi Pedani Acad. Typog.

ANNO M. DC. XXVI.



Faint, illegible text, possibly bleed-through from the reverse side of the page. A circular stamp is visible on the right side of the page.





RECTOR

ACADEMIÆ ROSTO-  
CHIENSIS

JOANNES  
ASSVERUS

Ampsingus Transilulanus Med.  
D. ac Professor.



*Deus omnium consolationum  
inexhaustus est Dei fœdus,  
quod his verbis continetur  
Ero Deus tuus, & seminis  
tui post te: ambula co-  
ram me & esto integer.*

*Ubi notandū quod non omnibus solum in genere fide-  
libus conjugibus hac promissio facta sit, sed etiā singu-  
lis in Individuo, adeo quidem ut si alter conjugum*

*A 2*

*fit*



fit fidelis, alter verò infidelis: plus valeat alterius fidelitas ad prolem sanctificandam quàm alterius infidelitas ad prolem polluendam. Undè Apostolus 1. Cor. 7. jubet, ne fidelis infidelem deserat, hoc argumento seu medio termino, quod liberi qui ex tali conjugio generantur, vigore fœderis à Deo initi cum fidelibus singulis, Sancti sint: quippe in ipso utero materno non vasa Diaboli, sed templa Spiritus Sancti. Quos qui profano vocabulo Heiden Kinderen appellare neq<sub>3</sub> erubescunt, neq<sub>3</sub> exhorrescunt: ipsi sanè viderint. Notandum secundò quod fœdus hoc Genes. 17. vers. 7. appelletur non fœdus civile, aut politicum aut temperarium, sed æternum, nullis unquam sæculis, neq<sub>3</sub> à peccato, neq<sub>3</sub> à Diabolo, neque ab Inferno rumpendum. Undè insignis Theologus Jenensis JOANNES GERARDI, quem honoris causa nomino, in aureo illo libello suo, quem Enchiridion in scribit consolatorium, morti ac tentationibus in agone mortis opponendum, consolationem nedit tum dulcissimam, tum nullis unquam Diaboli & accusantis conscientie machinis concutiendam, sed prorsus invictam: quam huc attexere omnem neq<sub>3</sub> loci, neq<sub>3</sub> temporis ratio patitur. Ad rem presentem accingor.

Vitam cum morte commutavit P E T R U S  
DEICHMAN, infans trimus, quippe natus an-

no



no 1623. 8. Octob. & denatus 1626. 25. Octob. cui  
exequias hodierno die parant. mœstissimi parentes,  
quos & ornatas cupiunt frequenti comitatu Aca-  
demicorum. Si quid Patria, si quid Parentes or-  
namenti conferre homini possunt: fuit certè iste in-  
fans haudin postremo felicitatis gradu ponendus.

Patria illi fuit hoc nostrum Rostochium urbs in-  
ter Hansaticas & Balticas minimè postrema, tum  
alijs nominibus, tum maximè propter celebritatem  
Academie, cujus patronatum ex parte gerit, &  
cui domicilium præbet: quæ vicissim illi non modò  
ornamentum, sed plurima insuper commoda præ-  
stat. Nihil dico de commodis communioribus quæ  
ad cives omnium ordinum à studiorum sectatori-  
bus redundant, sed de hoc maximè commodo quod  
veluti in sinu suo matriculam gerat & nutriculam  
bonarum artium linguarum & Facultatum, in  
quæ cives liberos quosquæ suos quos animadvertent  
ad bonarum artium studia pronos, sine magnis sum-  
ptibus, qui apud exteros faciendi erant, & sine ma-  
gno animi dolore, quem parentes ex absentia libero-  
rum, præsertim prima & tenellâ adhuc ætate  
concupere solent, inde ab ipsis incunabilis, liberalibus  
disciplinis unâ cum lacte materno imbuere possunt.  
Quæ eadem commoditas innumeris alijs bonis  
anteferenda, maximè talibus parentibus qui ipsi sa-  
pien-



pietatis studijs exculti, nil magis in votis habent,  
quàm ut in eodem stadio filios habeant gnaros &  
strenuos sectatores.

Tales parentes habuit Defunctus noster, patrem  
quidem virum clarissimum & consultissimum,  
Dn. EBERHARDUM DEICHMAN-  
NUM, J. U. D. ac Dicastrij Megapolensis Ad-  
vocatam, Matrem verò MARGARETAM  
Bordinges / fœminam matronalium virtutum  
splendore conspicuam, qui nihil prius habuerunt  
quàm ut recens natum infantem Christo offerrent  
ipsius mystico corpori per lavacrum regenerationis  
inserendum: id quod factum 10. Octobr. anni jam  
dicti 1623.

Avus illi paternus fuit JOANNES  
DEICHMANNUS, civis apud Osnabur-  
gensis in Westphalia honestissimus: Maternus ve-  
rò PETRUS Börding / antiqua virtute ac fide  
vir, civis hujus reipub. spectatissimus.

Hoc sanguine cretus Petreolus noster, ceu flo-  
sculus recens ortus, feliciter excrescere incepit, jam quæ  
tam adhuc tenella etate, odorem amabilem spirava-  
bat, sera posteritatis propaginem promittebat. Im-  
primis verò vel eo nomine parentibus in delicijs  
fuit, quòd ab eo tempore, quo primum fari incepit,  
pietatis & devotionis quasi innata indicia egregia  
ederet.



cederet. Preces enim non tantum avidè hausit, sed etiam omnes quas didicerat ultrò & spontè, surgens, prandens, cœnans, decumbens fudit, & non secus, ac si verè hoc peccati stipendium sibi exsolvèdum esse animadvertisset, ad egressum ex hoc terrestri horto se preparavit. Postquam enim 13. die Octob. febris continuæ exacerbationem, ac alvi dejectiones immoderatas, diarrheam Medici vocant, persentisceret: veluti flaminis divini afflatu ad Immanuelem suum Christum Jesum, mentem convertit, & illud publicani, Deus propitius esto mihi peccatori, tum illud etiam Discipulorum Emautha cum Christo euntium votum Mane nobiscum Domine ingeminavit, ac patri puello animam agenti astanti ac num puerum Jesum anhelaret & querenti, *Eysa*, voce altissima, a via materna **MARGARETA** Salemans / alijsq; honestis matronis presentibus masculè respondit. Paulo post ante horam 6. matutinam 25. mensis hujus, qui fuit dies Mercurij, placidè, veluti obdormiscens expiravit Deoq; Creatori suo, animulam reddidit.

Debent mœstissimi parentes, qui propter obitum prematurum filioli sui in acerbissimo luctu versantur se erigere & consolari superioribus argu-

men-




mentis. Non amiserunt filiolum sed præniserunt in patriam cœlestem. Consolentur se aeterno Dei fœdere Ero Deus tuus & seminis tui post te. Consolentur se dicto Paulino, nunc autē Sancti sunt. Consolentur se lavacro regenerationis, in quo verè presenti sanguine Christi lotum sciunt filiolum à labe originali. Consolentur se dulcissimis illis argumentis, quòd nomen Jesu invocaverit, quòd ad puerum Jesum anhela verit, in cujus conspectu nunc versetur, cantans cum angelis & omnibus animabus fidelibus.

Sanctus, Sanctus, Sanctus es ô exercituum rex.

Cupiunt honoratissimi parentes filioli sui exuvias honestè sepeliri. Itaq; rogant ut Cives Academici frequenti comitatu suo funeris deductionem ornent: id quod & nos rogamus, maxime cum non ipsi modò verum etiam pleraq; ipsorum tū Cognatio tum Affinitas nostri ordinis sint amātissimi. Fiet autem Funeris deductio hora I. post meridiem in aede Divæ Virgini sacra. Ite exequias cives Academici, Dnn. Professores, Doctores, Magistri & studiosi Juvenes, Mementote novissimā vestra, & pro salute Academiae, Urbis hujus, & Provinciae & vestra ipsorum preces ad Deum fundite. P. P. Rostochl ad diem 27. Octobris Anno 1626.























no 1623, 8. Octob. & denatus 1626. 2  
exequias hodierno die parant mæstiss  
quas & ornatas cupiunt frequenti co  
ademicorum. Si quid Patria, si quia  
namenti conferre homini possunt: sui  
fans haud in postremo felicitatis grad

Patria illi fuit hoc nostrum Rostock  
ter Hansaticas & Balticas minimè po  
alijs nominibus, tum maximè propter  
Academiae, cujus patronatum ex pa  
cui domicilium prabet: quæ vicissim  
ornamentum, sed plurima in super co  
stat. Nihil dico de commodis commo  
ad cives omnium ordinum à studior  
bus redundant, sed de hoc maximè co  
veluti in sinu suo matriculam gerat &  
bonarum artium lingvarum & Facu  
qua cives liberos quisq; suos quos an  
ad bonarum artium studia pronos, sine  
ptibus, qui apud exteros faciendi eran  
gno animi dolore, quem parentes ex ab  
rum, præsertim prima & tenellâ a  
concupere solent, inde ab ipsis incunabi  
disciplinis unâ cum lacte materno im  
Quæ e quidem commoditas innuuser  
anteferenda. maximè talibus parentib

A 3

